



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

Nonvm Axioma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

CONGRESSVS SECVNDVS,

& ecclesiis ipsis rite præficiunt, quales ante monstrauiamus, oportere uocari, uocatos autē institui, & demum institutos, ad ministeriū suū emitti. Non autē ita uocant, instituunt, mittuntur singuli christiani. Quamobrē neq; ad hunc modū sacerdotibus habendi sunt quicq; christiani. Cæterz christianos & singulos quidē neutiq; inficiamur unctos esse, sed ad militandū unctos, non ad euangelizandū. Christus uero se dicit unctū ad euangelizandū. Sic em̄ Esaiā de se uaticinantē recenset Lucas 4. Spiritus (inquit) dñi sup me, propterea q; unxit me, ad euāgelizandū pauperibus misit me. Vnctus est ergo Christ⁹ gratia spiritali, ut paupibus euangelizaret. In qua unctioe soli pastores Christo cōmunicant. Nā ut euangelizandi munus efficacius impleant, unctioe spūs interioris ungunť. Et hi non sibi solis, uerū etiā populo sacerdotes constituti sunt, & ecclesiis iure præficiunt, utpote rite uocati, creatiq; & missi. Quis iā dubitare potest istos accepisse grām, ab ipso gratiaz omniū fonte & datore spū, a q̄ pastores & architecti agricolæq; populo pariter & ecclīæ dati sunt. Sed iā pro isto axiomate satis.

NONVM. AXIOMA.

¶ Eam tamen gratiam spiritus ad exhibitionem signi cuiusdam sensibilis donari uult, quo rite præstito gratiam protinus datam esse credamus

XXX



Plurima oportet credi in scripturis non expressa.

Actoz, 8

Vanq; scriptura sacra non istud palā expresserit, tamen ex his quæ in ea tradunt, potest apertissimum esse. Neq; em̄ semper in scripturis exprimunt omnia, quæ nihilominus cuncti uera credimus & indubitata. Nā ubi quæso scriptū est, q; aut Christus apostolos docuerit, aut spūs iusserit, quatenus apostoli manus baptismis imponerent, & tamen cōstat eos id ipsum haudquaquā inaniter fecisse. Nā quū ad Philippi diaconi prædicationē Samaritanæ credidissent, & essent baptizati, nō tamen ante sensibiliber spiritū sanctū acceperunt, q̄ Petrus & Iohannes iisdē imposuissent manus. Quamobrē & Simon qui prius arte magica gentē illā dementarat, cernens, eos per manuū apostolicarū impositionē tū afflatos spiritu, studuit hanc sibi facultatē pecuniis cōparare, nimitū ut cuiuscunq; manus ipse imposuerit, mox in

de spiritū sanctū obtineret. Et quis credat apostolos id tenta
 re uoluisse, nisi per spiritū hoc ipsum ante fuissent edocti. <sup>Nō oēs aplos
 rū eruditiōes
 sunt scriptæ.</sup> Ve
 rū ita spiritū eos docuisse nusq̄ in scripturis aperte legitur. Sic
 multa sunt profecto quæ per aplos ecclesie tradita fuerāt, quæ
 tamen ab eis nusq̄ erant scripturis cōmendata. Liqueat istud,
 quū ex alijs, tū ex Eusebij Cæsariensis historia, qui cap. 36. li
 bri. 3. sic ait. Quū Ignatius per Asiam sub custodia nauigaret
 singulas quasq̄ digrediens ciuitates, & ecclesie populos euā
 gelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, & obser
 uare se ab hæreticorū contagijs, qui tunc primū copiosius cœ
 perant pullulare, & ut diligentius ac tenacius apostolorū tra
 ditionibus inhærerent, quas traditiones, cautelæ gratia, & ne
 quid apud pastores remaneret incerti, etiam scriptas se asse
 rit reliquisse. Hæc Eusebius. <sup>Traditiones
 aplos ab Ig
 natio scriptæ
 sunt.</sup> O si liber ille iā extaret, in quo
 traditiones apostolorū Ignatius digesserat, non est dubiū quin
 multa quæ iā desyderant, in eo clarissime cerneremus. Sed ut
 ad institutū reuertamur. Sicut non citra mandatū & doctrinā ^{Acto. 8.}
 spūs, apli spiritū sanctū baptizatis impositione manuū cōtule
 runt, ita per eiusdē spūs eruditionē, etiā ordinandis imposue
 runt manus, ut & ipsi grām peculiare adepti, munus suū effi
 caciū adimplerent. Neutrū horū quisq̄ christianus in dubiū
 reuocare potest, quū de utriusq̄ facto iā aperte constet in scri
 pturis, licet de neutrius mādato, quicq̄ illic certi sit proditum **XXXI**

¶ Porro q̄ impositione manuū, ordinationes fiebāt ex mul
 tis scripturæ locis apertissimū est. Et primū ex ipsius Pauli uer
 bis ad Timotheū, quæ iā denuo recensere non inutile fuerit. <sup>Ordinationes
 fiebāt manuū</sup>
 Sic enī ait in eplā priori cap. 4. Ne neglexeris quod in te est impositione
 donū, quod datū est tibi per prophetiā cū impositione manu
 um autoritate sacerdotij. Et rursum in eplā posteriori cap. 1.
 Cōmonefacio te, ut suscites donū dei quod est in te per impo
 sitionē manuū mearū. Ecce per impositionē manuū Pauli, Ti
 motheus gratiæ donum accepit.

Nec est q̄ Lutherus cauillet hanc manuū impositionē fuisse <sup>Cauilli
 exclusio.</sup>
 factā, quū Timotheus a Paulo baptizaret. Nā bis ei manū im
 ponebant, quēadmodū & de Paulo factū, acta palam docent.
 Semel enī Paulo per Ananiā, quū baptizaret, manus erāt im

CONGRESSVS SECVNDVS

Acto. 16 positæ, quæadmodû in actis, 9. cap. tradit, atq; itæ p prophe-
Manus bis Ti ritæ & doctores, qñ iussu spūs in apostolatû segregabat. Sic pa-
mo: heo im: riter & Timotheo manus bis erât impositæ, semel ut cõmuni-
positæ sunt. ter fieri solet, post baptisma susceptû, de qua manuû impositi-
 one ei facta scriptura nihil meminit. Et denuo, quû ordinaret
 epūs, de q̄ iã Paulus apte scribit. Nã pspicuû est ex uerborum
 ipsoꝝ circumstantia donû illud de quo loquit Paulus erudien-
 dæ plæbis causa Timotheo fuisse datû. Præmisit em̄ Paulus,
 donec uenero attēde lectioni, exhortationi, & doctriņę. Quã
 obrẽ & palã est fuisse datû, quû ordinaret episcopus.

XXXII

**Timothe⁹ nō
legit a Paulo
baptizatus**

¶ Adde q̄ nusq̄ ex scripturis Lutherus ostēdit Timotheû
 a Paulo fuisse baptizatû. Circūcisum utiq; nō negam⁹ a Pau-
 lo fuisse, quæadmodû in actis ca. 16. tradit. At baptizat⁹ a Pau-
 lo nusq̄ legit in scripturis. Q; si p̄ter scripturas Luther⁹ uelit
 quicq̄ testimoniū producere, nō est æquû ut id ei suffraget, cū
 is aduersum se nihil p̄ter scripturas dignet admittere. Cæterû
 neq; Paulus nisi q̄ rarissime baptizauit, quæadmodû & ipse de
 seipso testat. 1. ad Corin. 1. dicens. Nō misit me Chrūs ut bap-
 tizarẽ, sed ut euangelizarẽ. Ad hæc in actis ca. 16. tradit, q̄ po-
 steaq̄ a Barnaba Paulus fuisset separatus, is Timotheû apud
 Lystrã repperisset, matre ch̄iana, prognatû, & iã discipulum
 factû. Quo satis enitet eû ante fuisse baptizatum.

XXXIII

Acto. 16

I. Timo. 1

I. Timo. 3

**Timothe⁹ fu-
iteps ordina-
tus cū potesta-
te consecran-
di alios.**

¶ Paulus igit, ut illic a sta tradunt, assumptû secû Timothe-
 um propter ludæos circumcidit, & eodem ceu ministro, non
 paucos dies, utebat, ut experiret quid esset in homine. Nã &
 hoc ipsum seruare uoluit, quod & alijs mandauit obseruandû
 Iussit em̄ eidẽ Timotheo iã ep̄o factõ, ne cito manus cuiq̄ im-
 poneret. Id q̄d haud dubie pro ordinãdis, & nō pro baptizan-
 dis, fieri iussit, quû credētes euestigio baptizari solebant. Sed
 & pro diaconis p̄cepit eidẽ, quaten⁹ probarent primû, ac sub
 inde ministrarēt. Paul⁹ ergo Timotheû aliq̄ diu ceu ministrû
 habuit secû, nimirû ut periculû eius faceret. Postea uero quû
 esset probatus, manuû suarū impositione cõstituit ep̄m, & ec-
 clesiæ p̄fecit, eundẽq; potestate donauit alios ita cõsecrandi.
 Nã priori epl̄a ca. 5. uetuit ne cuiq̄ ipse temere manus impo-
 neret. Neq; dissimiliter idẽ ipse Paulus Titum ep̄m cõstituit,

Cretensibusq; præfecit cui & autoritatē dedit alios itē con-
 secrādi, q̄s idoneos eo munere iudicavit. Huius (inquit) rei grā
 reliquit te in Cræta, ut q̄ desunt pergas corrigere, & cōstituas
 oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinā. Neq; dubiū
 est quin simili manū impositione, tā ipse Titum, q̄ Titus ali-
 os consecravit. Ad quē modū & Paulus ipse pariter ac Barnabas
 fuerant in apostolatū segregati, ut in actis ca. 13. traditur.
 Nā prophetæ simul & doctores, qui tū erāt Antiochiæ, quū
 a spū mandatū accepissent, ieiunabant, & precabant, manusq;
 demū illis imposuerunt, atq; ita tradiderunt gratiæ dei. Ecce
 quot cæremonijs usi fuerant in illoꝝ ordinatione. Ad eundē
 modum & ipi, nempe Paulus & Barnabas, quū presbyteros
 ordinarent, ieiunijs item & precationibus atq; manū imposi-
 tione sunt usi, quēadmodū in actis cap. 14. legitur, uti superi-
 us memorauimus. *χεροτωνιαυτες*, hoc est, quū manibus cre-
 assent illis, nēpe discipulis, de quibus proxime locutus est, pres-
 byteros p̄ singulas ecclias, precatiq; essent cū ieiunijs cōmen-
 dauērūt eos dño. Et q̄ illud uerbū *χεροτωνιαυτες* ab autho-
 ribus Græcis populo magistratus tribuit. Nā ita solebat populus
 manū eleuatione magistratus eligere. Istud tñ hoc loco non
 est ad sensum Lucae. Neq; em̄ de poplo iā hoc scriptū est, sed
 de ipis apostolis, nimis q; hi manibus nō quidē eleuatis, uti
 populus consuevit, sed impositis creabāt presbyteros, hoc ē
 manū impositione constituerunt, & eosdem populo præfe-
 cerunt. Hieronymus igif super Esaiā ca. 58. dicit p̄ *χεροτωνιαυτες*
 intelligi clericorum ordinationem, quæ non solū ad impreca-
 tionē uocis, sed ad manus impositionem impletur.

¶ Et quanq̄ de diaconis pariter traditū sit, q; & ipi manū
 impositionibus ordinabant, & proinde gratiam aliquam con-
 secuti sint, non est dubium tamen, quin ut hi gradus diuersi
 fuerint, ita & diuersæ functiōis cooperatricem gratiam acce-
 pissent. Imposuerunt quidem & his apostoli manus, quate-
 nus gratiam functionibus suis congruam acciperent, quem
 admodū in actis ca. 6. referit. Iusserūt em̄ duodecim, ut ceteri
 fratres circūspicerēt ex seipsis uiros septē spectatæ fidei, q̄bus
 ipsi munus istud delegarēt. Illud negocij fratrib⁹ iniūctū fuit,

Tit. I.

Cæremoniæ
in ordinationis
bus obseruareMagistratus
electio.

Hieronymus.

XXXIII

Diaconi quā
gratiam con-
sequerantur.Manus impo-
nuntur dia-
conis

CONGRESSVS SECVNDVS

utpote qui melius aliorum cōuersionē nossent, quā apostoli. Verū apostoli per manuum impositionē ipsam diaconum munus illis conferebant. Sic enim in eodē cap. scriptū est. Hos nepe septē nominatos statuerunt in conspectu ap̄torum, & hi quū orassent, imposuerūt illis manus. Cæterum apostoli nunquā illis imposuissent manus, nisi spūs illustratiōe didicissent gratiā inde subsequiturā. Id quod in quibusdā eorum satis dilucide comprobatū fuit. Nā de Stephano scriptū est, quod erat plenus gratia & fortitudine. Et Philippo tradit quod sermone, signis, & prodigijs, æditi conuertit Samaritas ad Christū. Ex his nihil ambigo, quin cunctis perspicuū sit, hoc sensibili signo uidelicet impositionis manuum, donari gratiā, ijs qui rite per ecclesiæ præsidēs in officio pastorum ordinantur.

Actorū, 7.

Gratia dabat
manuum im-
positione

DECIMUM AXIOMA.

¶ Qui sic pastores ecclesiarum & presbyteri legitime fuerint ordinati, uere dei sacerdotes, & habentur & sunt haud dubie.

XXXV



Onstat primū ad ap̄tos & eorum successores fuisse dictū, quod scribit Esaiā. 61. Vos autē sacerdotes dñi uocabimini. Ministri dei nostri dicei uobis. Fortitudinē gentiū comedetis. In gloria earum superbietis. Ecce prædixit Esaias futurum, ut ecclesiæ principes sacerdotes dñi, & ministri dei uocarentur. Sic enim omnes qui locū hunc haec tenus enarrarūt ad sensum istū, interpretati sunt, neque potest quouis pacto nisi per temerariū quēpiam aliter detorqueri.

Hieronymus in cōmētarijs super Esaiā hunc locū enarrās, ita scribit. Aedificatores urbiū desertarum & pastores gregum, qui ipsi sunt uinitores & aratores, hoc est filij peregrinorum, ipsi quoque sunt sacerdotes dei, ad quos propheta nūc dicit. Vos autē uocabimini sacerdotes dñi, & ministri dei nostri dicei uobis, haud dubiū quin ecclesiæ principes significet.

Et Clemens in ep̄la ad Iacobū ubi de presbyteris & episcopis loquit eadē ipsa uerba recenset, ad hunc modū. Per prophetā (inquit) loquitur dicēs. Vos autē sacerdotes dñi uocabimini, Ministri dei nostri dicei uobis. Fortitudinē gentiū comedetis, & in gloria earum superbietis &c. Et istud certe in ap̄tos